

ARTVM  
?VBLIC  
cit SAMM.  
ense, An-  
niam sub In-  
nicum elo-  
t. In quo  
dum sit Iu-  
res Scripto-  
Melior ve-  
sue potius  
publici nre  
rtinentibus,  
. 8. Agit  
ibus, qui  
a Iuris pu-  
licat accu-  
miciis ius-  
nen hodi-  
quoque de-  
signatio  
o illusfr-  
3 specialis  
stamen jo-  
est CHRI-  
STO-

STOPHORI LAVENTII BILDERBECKS *Bibliotheca Iuris Publici* præfixa dem Teutschen Reichs - Staat, Lipsiæ 1709. 4. atque ex recen-  
tiori, eademque auctiori editione, Lipsiæ 1715.  
4. Pleraque ex Bibliothecis ante iam editis hau-  
sit, ita, vt eadem cum ipsis iudicaret de Scri-  
ptoribus, nec satis perfecta. Facit huc etiam  
EVCHARII GOTTLIEBII RINKII *Programma inaugura*le, dum Iuris publici professionem au-  
spicaretur, Altdorfi 1709. 4. in quo de pleris-  
que ad Ius publicum pertinentibus Scriptori-  
bus egregie iudicat, & IOA. CHRISTIANI  
SCHELLII *Oratio inauguralis de ortu & progres-  
su doctrinæ Imperii Germanici* Lipsiæ 1709. 4.  
Licet hic præter generales Iuris publici Scripto-  
res parum adducat. Cum autem inter Scri-  
ptores Iuris publici plures reperiantur persona-  
ti & anonymi, hos detexit IOA. DECKHERRVS  
in *Coniecturis de Scriptis adespotis, Pseudopi-  
graphis & suppositiis*, Amstelodami 1686. 12.  
Has Coniecturas supplet ex parte *Dialogus ipsi-  
us de Iactura temporis qui Consultationum Fo-  
rensum Libris duobus est adiectus & VIENCEN-  
TIVS PLACCVS in *Theatro Pseudonymorum*  
atque *Anonymorum*, quod locupletius longe  
prodiit Hamburgi 1708. f. Insignem Iuri Publi-  
co lucem adfundunt, de illustrium Controvær-  
siis editæ, vt vocant, Iurium *Deductiones*, quæ  
plerumque perraræ sunt. Harum copiosum  
catalogum dedit amplissimus & diligentissimus  
Vir IOA. CHRISTIANVS LÜNIGIVS in *Biblio-  
theca curiosa deductionum*, Lipsiæ 1717. 8. edita.*

L 15

Nudos